MATUTINALE CUM DIURNALI ATQUE MISSALE CISTERCIENSE

Stams, 3. Viertel 14. Jh. Seite 409r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31265
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster

Intercedente beato stephano martyre tuo semper nostra protectione confirment. P.
In medio ecclesie aperuit · In natali Johannis ewangeliste beatissimi.
os eius et impleuit eum dominus spiritu sapientie et intellectus stola glorie induit eum. V. Iocun
ditate et exultacionem thesaurizauit super eum. Gla. Ecclesiam tuam domine benignus
illustra ut beati iohannis euangeliste illuminata doctrinis ad dona perueniat semp
Qui timet deum. L. libri Sapiencie. iterna. P.
faciet bona. Et qui continens est iusticie apprehendet illam.
et obuiabit illi quasi mater honorificata. Cibabit illum pa
ne uite et intellectus et aqua sapientie salutaris potabit illum. Et firmabitur
in illo et non flectetur et continebit illum et non confundetur et exaltabit
illum apud proximos suos. In medio ecclesie aperuit os eius et impleuit
eum dominus spiritu sapientie et intellectus et stola glorie induit eum. Iocunditatem
et exultacionem thesaurizauit super eum. Et nomine eterno hereditabit eum
dominus deus noster. Gr. Exiit sermo inter fratres quod discipulus ille non moritur.
V. Sed sic eum uolo manere donec ueniam tu me sequere. All'a. V. Hic est
discipulus ille qui testimonium perhibet de hiis et scimus quia uerum est testimonium eius. Euang.
Dixit ihesus petro. Re. C·lxxvj. Credo. Off. Iustus ut
palma florebit sicut cedrus que in libano est multiplicabitur. Secreta. Su
scipe munera domine que in eius tibi sollempnitate deferimus cuius nos confi
dimus patrocinio liberari. P. Prefacio. Te domine suppliciter. Communio.
Exiit sermo inter fratres quod discipulus ille non moritur et non dixit ihesus non moritur
sed sic eum uolo manere donec ueniam. Compl'e. Refecti cibo potuque celesti
deus noster te supplices deprecamur ut in cuius hec commemoracione percepimus eius muniamur et pro
Ex ore infancium. In Natali s. Innocentum. cibus. P.
deus et lactencium perfecisti laudem propter inimicos tuos. V. Domine dominus
noster. Gla. Deus cuius hodierna die preconium innocentes
martyres non loquendo sed moriendo confessi sunt omnia in nobis